Universitätsbibliothek Paderborn

Athanasii Kircheri Fvldensis Bvchonii E Soc. Iesv. Prodromvs Coptvs Sive Aegyptiacvs

Kircher, Athanasius

Romae, 1636

Capvt V. De octo literis Seruilibus mensurantibus omnem dictionem tàm in nominibus quàm verbis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12784

Visual Library

maſculinorum , determinatè ſeu cum articulo ال ab Arabibus cognitam.

ⲛⲓⲣⲱⲙⲓ		Viri.
ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ		Mulieres.
ⲛⲓⲁⲙⲁⲓⲟⲩ	pluralis numeri.	Fontes
ⲛⲓⲫⲏⲟⲓ		Cœli.
ⲛⲓⲧⲱⲟⲩ		Montes
ⲛⲓⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ		Angeli

Omnis dictio quæ ſignum ⲟⲩ habuerit pæfixum; ſignificat nomen maſculinorum vel fæmininorum indeterminatè; hoc eſt ſine articulo.

ⲟⲩⲣⲱⲙⲓ	Vir.	ⲟⲩⲏⲓ	Domus.
ⲟⲩⲥϩⲓⲙⲓ	Mulier.	ⲟⲩⲓⲱⲧ	Pater.

Omnis dictio quæ præfixum habuerit ſignum ϩⲁⲛ, indicat nomina pluralia indeterminatè ſine articulo, vel ſine ال cognita.

ϩⲁⲛⲁⲛⲅⲅⲉⲗⲟⲥ	Angeli.	ϩⲁⲛⲙⲁⲩ	Matres.
ϩⲁⲛⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ	Prophetæ.	ϩⲁⲛⲣⲱⲙⲓ	Viri.

CAPVT. V.

De octo literis Seruilibus menſurantibus omnem dictionem tàm in nominibus quàm verbis.

Nota. Quemadmodũ in cæteris linguis Orientalibus, literæ quædam ſunt, quarũ additione vel ſubtractione, in cer-

certã alicuius dictionis ſignificationem deuenimus, quas & ideò ſeruiles vocant, ſic etiam in lingua Copta octo tenentur Literæ, quarum vnaquæque iterum alia 14 ſigna habet. quibus omnis dictio in nominibus & verbis menſuratur. Sed de his in ſequentlbus

PARS II.

De Nomine.

In nominibus Coptiticis 5 conſideranda ſunt; Qualitas, Species, Genus, Numerus, Caſus, de quibus breuiter totidem capitibus agendum.

CAPVT. I.

De qualitate Nominum AEgyptiorum.

Qualitate apud AEgyptios, & Coptitas, ſicuti & apud cæteras gentes, nomen aliud eſt ſubſtantiuum, aliud adiectiuum. Subſtantiuum verò iterum eſt vel

	Proprium		vel		Appellatiuum	
	Ⲓⲱⲁⲛⲛⲏⲥ	Ioannes		ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ	Vir	
vt	Ⲓⲁⲕⲱⲃⲟⲥ	Iacobus	vt	ⲡⲓⲱⲧ	Pater.	
	Ⲙⲁⲣⲕⲟⲥ	Marcus		ⲡⲓⲕⲁϩⲓ	Terra	
	Ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ	Petrus.		ⲡⲓⲙⲱⲟⲩ	Aqua.	

Adiectiuorum verò

aliud eſt propriè dictum adiectiuum : aliud eſt adiectiuum demonſtrat: